



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011860X**

§. 99. Papæ responsum ad Episcopos transmissum

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

copus recitari percepisset, mox hic ex-  
clamabat: *Bene est: Pontifex hanc defini-*  
*tionem minime vult, & Rex, quanti illa*  
*interfit, minime scit. Ejus consilarii sunt*  
*Archiepiscopus Hispalensis, & Episcopus*  
*Conchensis, qui mansionem non curant: equi-*  
*dem obsequar, a contestatione abstinendo,*  
*sed non desistam ab hujus declarationis po-*  
*stulato, quoties opportunitatem nactus fue-*  
*ro: in quo Regem haud offensum iri cer-*  
*te scio.*

Sæcul. XVI.  
A.C. 1562.

Pariter ex Regis Catholici epistola  
articulus de Synodi continuatione Cæ-  
saris, Regisque Franciæ Oratoribus mon-  
strabatur, qui responderunt, enimvero  
non requiri, ut Synodum continuari ver-  
bis exprimeretur, cum id opere satis  
manifeste declararetur.

§. XCIX.

*Papæ responsum ad Episcopos*  
*transmissum.*

Die decima nona Julii Lancianensis  
Archiepiscopus responsum attulit  
ad literas, quibus Itali Antistites ad Pa-  
pam scriptis, res a se gestas in disputa-  
tione circa residentiam excusabant:  
porro

*Pallav. c. 13.*  
*n. 3. ex lit.*  
*scrip. ad*  
*Borrom.*

mo fuisset factus, atque Granatensis contra  
has ea protulisset verba, quæ mox referuntur,  
Vide Pallav. part. 2. lib. 17. c. 13. n. 2.

**Sæcul. XVI.** porro Pontificis responsum prælegebatur post vespertinas preces in Ecclesia  
**A.C. 1562.** majori præsentibus ipsis Episcopis, et  
 „jusque summa erat hæc: „haud parum  
 „mihi acceptus fuit pius, quem vos ge-  
 „ritis, animus, Sedi Apostolicæ addi-  
 „ctus: quod spectat ad declarationem  
 „quam vos habendam curastis, cujus  
 „nam vis esset Pastorum residentia, cer-  
 „tum mihi est, quod vestrum quisque  
 „pro sua conscientia differuerit, ne-  
 „id mihi displicet; quin imo suam cui-  
 „que in Concilio libertatem concedi de-  
 „sidero: sed simul etiam exopto, ut a  
 „mutuis inter vos offensionibus, mali-  
 „que exempli occasione caveatis; cum  
 „præsertim non ignorare possitis, quan-  
 „tum expositi sitis subdolæ hæreticorum  
 „nequitiae, qui oculis intensissimis,  
 „quicquid a vobis agitur, observant: vos  
 „igitur ad hanc conjunctionem, mo-  
 „derationemque paterne hortor: reli-  
 „qua vero Lancianensi commisi, quæ is  
 „meo nomine significabit. „

Sub idem tempus Pontifex ad Vice-  
 comitem Nuntium suum alia transmit-  
 tebat mandata circa quæstionem de re-  
 sidentia; quippe ad sopiendas hæc con-  
 troversias secure excogitari media, to-  
 tumque negotium ad Sacram Sedem  
 devolvi petebat: Verum major erat pro  
 prospero successu ejusmodi media adin-  
 venien-